

1600. a. s. Januarii

Ex Mus. Metricus Regni

5

Oratori Gallie Constantinopolim  
a Cancellario Regni

3

Illustrissima Domine Domine et amice obser-  
vantissima. Mittit sacra Regia Majestas Dominus  
meus Clementissimus cui Literis ad Serenissimū  
Turcarum Imperatorem Generosum Gregorium  
Illi cubicularium suum, quibus significat  
se in regem Poloniae post decessum eius Ser-  
enissimi olim Sigismundi tertij Domini Pa-  
rentis sui desideratissimi electum esse. Per eam  
Occasionem Illustrissimam quoque Dominatio-  
nem vestram compellendum putavi, eidem  
de hac felici Serenissimi Regis mei in Regni  
inauguratione perscribenda ac simul studium  
meum propensissimum quod omni Occasione  
Illustrissimae Dominationi Vestra testari cu-  
pio ipsi deferendo. Ceterum commendo Illu-  
strissimae Dominationi Vestrae eundem  
Generosum Illi rogando velit ipsi suam  
humani fidei ibidem exhibere eidemque  
consilio et opera si ad Illustrissimam Do-  
minationem Vestram revertit non deesse  
ac praeterca si quid Regni Vestri Statum  
concernere

consequere prospexit, nobis communicare non  
grave est. Ac gratissimum Serenissimae Regiae M<sup>tes</sup>  
Domino nec Clementissimo prestabit Illustris-  
sima Dominatio Vestra cui Benevolentiam  
suam libenter vicissim eandem Regia M<sup>tes</sup>  
testabitur. Quod superest officia mea paratissi-  
ma Illustrissimae Dominationi vestra deferro.  
Datum Varsaviae 14<sup>to</sup> 5<sup>to</sup> Mensis Januarii Anno  
Domini 1630.

